

A requiem dat villam, donec vulnus inflixerit, & audaciæ confidentissimæ munus executus fuerit. Ita enim apud eum legitur:

Kai oī vulnē θάρσος ενὶ τῷ γεωμετρεῖον,

Ητε καὶ ἐρυορύκην μάλα τερ χρόος ἀνδρομήτοιο Ισχαράδα δακεῖτο.

Vnde etiam Hebraicis Beelzebub dæmonis nomen, quem aliorum longè principem prædican, cuius Musca est hieroglyphicū, quod D. Hieronymus agnoscit: nunquam enim cessat ille humanū genus modis omnibus infestare, & modò hos, modò illos ad perniciem laqueos tēdere, ac omnes, quibus nos perdat, vias intentare. Obseruauerat etiam Eucherius, Muscam in diuinis literis modò pro caco dæmone, modò pro impuro atque malefico homine, modò pro ido-latriæ spurcitia ponit, eo Solomonis citato loco: Muscæ morituræ exterminant olei suavitatem: hoc est, adeò malignum est Muscarum genus, ac perinde Beelzebub, ut vel si moriendum sit, dum aliqua noceat, quippe vel bonos alicuius mores corrumpat, vel virtutem aliquā infringat, se quoque simul perdi pro nihilo habeat.

R E S G E S T A C O M I N V S.

B **M**usca etiam aliquando in Laconum clypeis insigne fuit: quam cum quidā non omnino vera maiorem in parma figurasset, obijcenti quid latitandi causa id fecisset: Imò, respondit, signum est, me tam proximè ad hostes accedere, ut Musca ab eis internosci possit.

I N D O C I L I T A S.

**Q**uiniam indocilitatis hieroglyphicum est Musca: nullum siquidem omnium animantium minus docile existimatur, neq; minoris intellectus. In qua sententia est Plutarchus Symposiacōn octaua decade, duo tantum domestica animalia esse dicens, quę nunquam humano coniunctu mansuescant, neque tactum admittant, neque consuetudinem, neque vllijs rei aut disciplinæ cōmunionē, quippe hirundinem & Muscam, quam semper & indocilem, & feram permanete, vti omnibus patet, asseuerat. Videre etiam est in hominibus, eos egregiè temerarios & impudē-



C tes esse, omniaq; audere, qui nulla elegantiō do-  
ctrina prædicti sunt: cōtrā alios quo peritores fuerint,  
eo modestiores verecundioresq; esse. Hinc apud Horatium hominē notari vi-  
deas, qui cum Athenis per annos aliquot libris insenuisset, Romā reuersus sta-  
tua taciturnior ingredetur, quippe id cōtra vulgus sentiens: nam sensus ille ex  
imperiti vulgi opinione desumptus, cū nimirū intelligat Horatius, probū do-  
ctamq; virū, esse malle eruditū, quām videri, popularemq; aurā illā protinus af-  
pernari. Deniq; verum illud est quod Plinius Nepos ait Epistolis, recta ingenia  
debilitari verecundia, peruersa cōfirmari audacia. atq; ita quo quis imperitor,  
eo impudentior atq; iactantior euadit, quod Græco etiam axiomate confirma-  
tur, ἀναγκαὶ μὴ θάρσος, θεριστὸς δὲ ὀνομασ φέει: Imperitia quidem audaciā, eruditū  
vero rerū examē timiditatē affert. Meritò itaq; viro forti odiosa Musca, & sa-  
pienti temeritas. Ideoque Hercules eas suo de facello abegisse dicitur, Myodē  
quem vocabant earum deum imprecatus. In Olympiæ sacro fortium carmine,  
tauro, deo eidem, ut aiunt, immolato, nubes earum toto eo agro abire cogeba-  
tur. Hunc superius Beelzebuben diximus ex Hieronymo.